

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Manuscripta Rhenaugiensa - Cod. St. Blasien 33 bis 37**

[Pars IV] - St. Blasien 36

**Rusconi, Bernhard**

**[Südschwarzwald, St. Blasien u.a.], [2. Hälfte 18. Jh.]**

Hugo Schmidfeld, Observationes criticae ...

[urn:nbn:de:bsz:31-46582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-46582)

Observationes Criticae  
In Origines Muri Rhinaniae.

J 753.

J. H. S.

238 240

*[Faint, illegible handwriting]*

Indubitatum esse, reliquo, originibus Monasterij Rhenaniae  
nullo, quod securum sit, fundamento niti, nullog, probari  
posse authenticis ante annum Christi 852. quo Diploma  
Hudovici germanici wolvera Comiti Kyburgico datum  
eidem Mario abbati Constituit gosbertum, nisi; quod  
aliqui haecenus Conseverunt / Sic missam dicere velis  
basin, vitam s. Finlari a diversis Conscriptam, descrip-  
tanque, qua s. Finlari huius Rhenaniae Martyr vicola adven-  
tus Circa annum 800 Contigisse notatur, tametsi et hoc  
disimiliter omnino sit factum. Sane, id certissimum  
Cuique, in historia Rhenaniae etiam hospiti reputo,  
quod de tempore adventus s. Finlari Rhenaniae, vera  
origo huius Martyr plurimum et primo deperdeat: is  
enim, si accidit Circa annum 800. hac etiam etate Mario  
Rhenaniae sestise, monachos et abbates habuisse creden-  
dum erit; quodsi vero ad medium saeculum 9<sup>um</sup> eiusdem  
Sti adventus transferatur, junior quoque erit origo Rhen-  
aniae.

Quare non abs re, sed et necessarium fuerit in huius Sti.  
Finlari vitam, scripto nobis ab optimis praedecessoribus  
relictam, nec non in quorundam Chronographorum alias  
annotationes primam formare Cypri. Consecrare vero  
altirigenus, et illud aureum antiquitatis monumentum e  
Serinijs Sargaleris archivij productum, quo primorum  
Rhenaniae abbatum series et monachorum Conscriptorum  
aut Confoederatorum Ordo manu sollicita est annotatus.

Sit igitur Observatio I<sup>ma</sup>

In vitam s. Finlari.

Observatio II<sup>da</sup>

In MSS<sup>u</sup> Sargalense.

Corollaria ex his prodibunt tandem aliqua.

Observatio I<sup>ma</sup>

In vitam s. Finlari.

Vita s. Finlari ab antecessoribus scripta vel  
exscripta exemplaria tria, quod ego sciam, Super-  
sunt: duo nempe in Rhenania Mario, unum, quod  
lectiones antiqui Breviarij efficit, et Characteres sac.  
XIII. vel ad summum XII. habet, nec de monachismi h<sup>ic</sup>  
a s. Finlari suscepti quidquam refert: alterum, quod  
idem lectionum genus est, sac. aperte XIV. aut junioris,  
utpote quod gothico Characteres apparet: atq. hoc qd<sup>m</sup>  
post verba: Tunc praefatus Dominus eius in proprio Mo-  
nasterio, quod Rhenania vocatur, eum monachari fecit:

N. J. mus

post asteriscum superius positum: \* clare habet: An  
Dominica Incarnationis DCCC. aetatis vero sue L.<sup>o</sup>  
Notabis autem: quod DCCC. numerus non compareat, sed  
octingentesimo: sicut scriptum.

Tertium vitæ S. Finiani exemplar in studio augu-  
stini Codici membranaceo, prout illa Rheurgia  
infertur: distinctis litteris ostendit: a<sup>o</sup> Dominica In-  
carnationis DCCC. aetatis vero sue L.<sup>o</sup> j<sup>o</sup>. Cuius hæc aetatis  
sicut scriptura, ignoro.

N. 2<sup>us</sup>

His iam adiungendus est Chronographorum et Hi-  
storiarum Calculus: quorum primas Gerardus MS. habet  
sua a Rev.<sup>o</sup> DD. abbate Bernardo e Rheurgia mihi  
benignissime Communicata: sicut vero hæc quatuor divi-  
marus, e quibus premium sicut habet:

A.<sup>o</sup> 802. in Superiori Alemania sive Rhenia Clares  
notus Princeps Finianus sicut B. Wernheri: qui ad a<sup>o</sup>  
811. Fabariae abbas obiit: ... Divinitus edocetur Con-  
tumaciam monasterium Rheni insulam, officium et Palatium  
sibi fore. Tandem iste Finianus ibi loci solemni voto  
rituque abbatis wickrami permisso in claustrum se contulit

Secundum ita sonat:

A.<sup>o</sup> 802. In Superiori Alemania, Fabarian reliquit  
ac in Exerum Rheugiam migravit, multaque miracula  
perpetrat, sub quo initia Canonij Rheugiensis iacuuntur

Tertium Fabariense monumentum sequentia litteris  
notat.

A.<sup>o</sup> DCCC. Fabarian venit per Finianum in Hibernia  
Princeps abbate Eberhardo is<sup>o</sup> sub Wernhero: qui post  
ea Eberhardo successit: monastica vita fundamata anno  
DCCC. a<sup>o</sup> XI. profuit, accepta tandem in somno visione,  
Fabaria Rhenovium petiit a<sup>o</sup> DCCC. II.

Quartum tandem Fabariense Necrologium mortem  
S. Finiani hinc enarrat.

In Alemania XVI. Kal. Nov. S. Finianj Confessoris  
a<sup>o</sup> Chri DCCCXXVIII. aetatis LXXII.

N. 3<sup>us</sup>

Inter historicos subsequi temporis premium omnium,  
quod mihi notum sit, vitam S. Finiani Coherente Chronolo-  
gia, si non ficta, scripsit R.<sup>us</sup> DD. Augustinus Stöcklin  
e Muris dispenham abbas postulatus: hæc S. Finianum in  
Hibernia insula a Principum sanguine procreatum a<sup>o</sup> 749.  
tum, a<sup>o</sup> incerto, vita aliquandiu apud Fabarian, sicut  
supra acta, sub quo abbate, ait, nondum didici, Wolffe:  
hardum Comitem Kyburgersem Conventum a<sup>o</sup> 796. quem  
Rhenovenses fundatorem suum frequentant: subinde qua-  
riens spatio exalto in clericali statu ab eodem Wolffe:  
hardo in proprio suo studio, cuius nomen Rinnawa, sub  
abbate wickram monachum creatum fuisse a<sup>o</sup> 800. aetatis  
vero sue 51. Tandem vero a<sup>o</sup> 806. clausa se commisit,  
et in Cælum migrasse aperit XV. Novemb. a<sup>o</sup> Chri 827.

Handwritten note in the right margin, partially cut off.

Carolus floret circa medium  
sae. 17.

etatis vero suae 78.

Eiudem fere mentio fuit Bucelinus in Chronico  
Constanti. ad a<sup>o</sup>s 797. 800. et 827.

Tenique R. P. Carolus fabariensis monachus ex  
antiquissima Chronica eiusdem Caenobij, quae tamen  
ibidem non amplius extat, exscripsisse fertur;

A. 803. moritur B. Eberhardus 9. Cui wernerus  
succedit. = sub huius disciplina floret a<sup>o</sup> 800. s. Finlanus  
Lagina Princeps: qui Caestibus oraculis et visionibus  
edoctus Eremiticam vitam et monachismum eligit, et  
suas weneri abbatis omnem partem mundi reliquit...  
eodem a<sup>o</sup> posito vitae monasticae fundamentis. Finlanus  
ad eremum petit. ... a<sup>o</sup> 827. moritur noster Finlanus  
et plurimis miraculis Coruscat.

ultimo loco ponamus lectionem Proprij Curienfis, sic,  
ut illam accipi a N. 92. Berrardo.

Finlanus Princeps Laginae ... a<sup>o</sup> etatis suae 71.  
aliquandiu in fabariensi Anro habitavit, demum ad Ca-  
nobium Insulae Hleri, dicto Hiran se contulit, ubi ...  
exil. 27. a<sup>o</sup>s et ibidem in sua Claustra ... migravit in Cellam  
decimo quinto Novembris a<sup>o</sup> Chri millefimo Trecentesimo  
vigesimo septimo etatis vero suae 78.

Hae omnia sua, quae de vita, tempore ac etate s. p. t.  
Finlani ad notitiam meam pervenerunt, quorum examen  
Criticum antequam subeamus,

Ex auctore vita Conscripta et N. 1. a signata ali-  
qua, sub potestate certa, hie praenotare Libet et expedire:

1. quidem illud: Vir ... Finlanus genere scotus,  
Civis provincia Laginensis: et: In eadem provincia  
Laginenfium inter duos Principes grandis est orta se-  
ditio, unius ergo Principis miles fuit pater Finlani.

2. Praedicti ergo viri beati s. Finlani: s. Noron genti:  
les, qui Nordmanni vocantur, plurima Scotia Insula, quae et  
Hibernia dicitur, loca vastantibus, inter alias feminas abdu-  
cere Captivam: idem: atque in vitato Finlano Nordmanni  
venientes et de medio Convivarum rapientes sicuti cum  
inimicis suis Confiliati sunt, arctissimis eum vinculis li-  
gavere. 3. Hic sancti Martini sedem petens, postea  
Franciam, Alemanniam, Longobardiam peragrans, proprio  
pede demum Alabore Romam venit: inde reversus quendam  
nobilem virum in Alemanniam adivit, cum quo in Clericatu per  
quatuor annos permansit. atque: ubi: in Sinargia: per  
quinque annos singulos virtutum gradus ascendens ... Cum  
per missum in archiepiscopo loco se reclusit. ... Cum per missum  
abbatis hie quendam partem parisi 9. 4. In festivitatis  
s. Brigittae V. non modicum pauperum turbam ... 5. In  
larden: sanctus Finlanus Patronus noster archiepiscopo  
loco inclutus, ... viginti duos annos incomparabiliter  
Corpus perdomuit.

Jam ad Cypriam ipsam formandam, quae: ut accura-  
tius fieri queat, per questionem aliquam rem omnem ex-  
plere conabimur.

N. 4. h. v.

N. 3. tus

Quaestio I<sup>ma</sup> Quis fuerit auctor vitae S. Firlani  
 et quo tempore vita sit scripta.

Resp. ad 1<sup>am</sup> quarst. partem.

Auctor vitae S. Firlani absq. dubio fuit monachus Rhena-  
 gienfis subpale; qui in vita hac, scribitur ipsissimus: Igita  
 priori nocte, antequam S. Blasij reliquiae huc ad Rhena-  
 gian de Roma venissent.

Item: S. Firdanus ergo patronus noster ... archipie  
 loco, qui situs est ad septentrionalem partem Basili-  
 S. Mariae. Locus hic hodieum in Ecclesia Rhin-Augiensi  
 Cernitur.

Resp. ad 2<sup>am</sup> quarst. partem.

Tempus auctoris vitae diffinire sane mihi difficilissimum  
 videtur: ipsius vel S. Firlani aetate cum vixisse effica-  
 cissime probare Cernuntur verba auctoris illa:

Ceterum loci ipsius Rhenaugia ostensionem in Rhena-  
 riensi Monio adhuc degenti, vel de hac professione im-  
 meditantis, nobis ipse referens: licet impulsus ac pere Coa-  
 tus hoc etiam intimavit: Cum vero ab eodem auctore fer-  
 tioritas S. Birgitta v. nominatur, anceps haec. quis  
 enim nescit S. Birgittam viduam saeculo primus 13<sup>to</sup> aut  
 quod voluit alij, etiam 14<sup>to</sup> vixisse: \* at vero efronlen  
 dicam S. Firlanum ante saec. 14<sup>to</sup> non floruisse, quod quidem  
 lectio Proprij Curienfis, sed, ut puto, per errorem habet,  
 adeo certe in antiquitatem Rhenaugiensem peccare videtur.

Triam igitur, quod sentio:

Primus auctor S. Firlano Coaetus fuit, pauloq. post eius  
 mortem scriptus: praesentis vero exemplaris descriptio saec.  
 XIV. aut XV. monachus quadam pro suo cubitu, iuxta ac illius  
 saeculi scriptores abueverant, sine cura, sineque Confule  
 adiecit; hinc tanta Confusio, ac tanta vitio. Scriptores  
 de aetate, de adventu, de morte discrepantia. Si quid  
 verius quisquam alius ex cogitaverit, lubens in eius  
 sententiam ibo. Sedem haec movend ad

Quaestio 2<sup>da</sup> Quid sentiendum sit de tribus  
exemplaribus vitae, de quibus N. 1<sup>o</sup>. et quid de opi-  
 nionibus Historicorum. N. 2<sup>o</sup>.

Resp. ad partem Quarst. 1<sup>am</sup> tria illa exemplaria  
 sunt transumpta, sive Copiae veterrimi illius MSS. quo  
 saec. IX. monachus Rhenaug. vitam S. Firlani collegit, hinc  
 pluribus illa scdere mendis non modo Credibile, sed et  
 palam est; Cum enim saeculi XIV. monachos modica floruisse  
 se peritia, Cypig, nulla inbutos fuisse vel hospitii in  
 antiquaria re certum sit, evenit, ut cum exseriberent,  
 deseriberentq. vetustioris saeculi Codices, et aliqua vel  
 non intelligerent, vel male legerent, vel vetustate aliquatenus  
 deleta legere non possent, quibus pro genio, pro cubitu,  
 proq. intelligentia sua vel addidit vel dempsit aliqua q<sup>ta</sup>

\* Desing in Compend. Eud. p. 156.

V. N. 3. ad finem.

N. 6. tus

Clariora reddere conabantur prioris aevi scripta, cum  
revera illa in suum posteritatis detrimentum obfus-  
cabant. hinc illa lachryma in tot ac tantis Monasterijs,  
quibus vel abas invida, vel mala fors, vel glama vorax  
sacrationis antiquitatis monumenta subtraxit: Cuius  
exemplum nunquam satis deplorandum habemus in adibus  
nris Sax-Blasianis, quibus de origine et progressu Marj  
nihil superest praeter Codicem unum, Liber Constructionis,  
nuncupatum, quem auctor Anonymus saec. XIV. Conseripsit,  
quique tot illum Contradictionibus, tot epochis sibi Con-  
rarijs, tot hominibus, nominibus Confusis inplevit,  
ut historia vera verum initium quaerere idem sit, ac ad  
Sphingen appellare. accedit, quod illius aetatis scrip-  
tores descriptorum vana gloria avidissimi fuerint,  
atq; semper res proprias, Marjjs fundationis vetustis:  
res et antiquiores reddere pro viribus adlaborarint, nul-  
lam repudianda Contradictionis, seducendae posteritatis  
Curam et timorem habentes.

Sic et ita Contigisse autumo in transumptis illis  
vita s. Finclari, Cuius unum alteri in apignardis epo-  
chis Contrarium Cernimus. transumptum illud augierse  
vel ex Sabariensi Codice, vel Sabariense ex augierse  
puto: Cum vel augierse descriptor Cyphram D in ver-  
sam / DCCC / Corrigere voluit, sicque numerum DCCC  
rectius effiere, incurius de eo, quod alterius Marj  
virum Celeberrimum juniorem reddat, vel certe Sa-  
bariensis exilator, videns numerum / DCCC / non con-  
gruere opinioni suorum, Cyphram C. invertebat, D.  
Fingendo Sphalma, quavi per hoc primam Cyphram DD.  
Completere vellet.

Quid iam dicamus de illo, aetatis vero suae L. 9.  
Ego sane integre respondeo, vel in scitia aut libido  
gloria fuit, quae descriptor apposuit, aetatis vero suae.  
nang autum, quod cum ex scriptor in anterioris aetatis  
Codice videret Cyphras inter se multum distantes: e. g.

DCCC. LI.

quod saeculi VII. VIII. IX. et X. scriptores consueve-  
ram ex Diplomatum, quam Codicibus novimus; unio:  
ris multo aetatis descriptor in secula putaverit, aliquid  
inter numerum DCCC. et LI. deesse, vel deletum esse,  
hincque supposuerit aetatis vero suae. vel studio, vel  
ingeritia. nisi dicere navelis, descriptorum saec. XIV.  
nullam plane epocham in exemplari antiquiori invenisse,  
atq; hanc ex proprio cerebro, pro temporis sui opinione  
affixisse, quod qm aetate sua ille illis ante epocham  
superius linea positus \* indigilare popel, prout  
videre est in MSS. Rhin-Augienzi.

N. 7. m. 47

In hac sententia non una adducor ratio, sed  
bene multis sequentibus:

1<sup>o</sup> enim ex more prædictis patet, potuisse saltem  
errare in assignanda epocha sæc. XIV. de scriptorem vitæ  
S. Fintani, ergo, reor, erravit; quia

2<sup>do</sup> via in scriptoribus sæc. X. IX. & VIII. inveniri  
quod celeberrimorum etiam virorum ætatem assignare  
sueverint: / quod et quanta enim nobis ex vetustate et  
adhuc super sunt vitarum exemplaria, sub S. Placido, &  
Lumbani, Aidani, Pirminij &c. in quibus ne vestigiis  
epochæ ætatis deprehenditur: / imò rarum erat, si priorum  
seculorum scriptores annum obitus adjunxerunt; servat  
nunc Necrologia, Calendaria, antiquiora Missalia, &  
viaria, in quibus diem tantum mortis, annum rarissimè  
assignarunt. Cur credamus igitur, quod de scriptor vitæ  
S. Fintani ex anthographo sæc. IX. haurire potuerit ep-  
ocham ætatis S. Fintani, cum illud adhuc omnino incertum  
sit, an epocham monachatus eiusdem, atque quidem hæc  
bene legerit; maxime vero, Cur, inquam, credamus, de  
Contra epocham ætatis s. i. tempore monachatus a. 800  
ingressa gravissima pugnant argumenta; namque

3<sup>o</sup> obstat ipsorum exemplarium nimia discrepa-  
tia, quæ modo a. 800. modo 800. modo 802. in initio  
monachatus S. Fintani ponunt, signo vix non in fallibili,  
epocham hæc pro junioris temporis credulitate, Confes-  
sag, opinione Confictam fuisse, quam dein diversi ex  
diversis scriptoribus ibidem erronee mutuaverunt, hincque  
ansam sumserunt, nunc ei præceptorem in Sabaria B.  
Wernherum; nunc abbatem, cuius licentia se in Clausam  
abdiderit, wickramum Constituerit: de quibus tamen  
neq. uno saltem vocabulo mentio fit in vitæ descriptione,  
præter quod ille tempore Clausuræ abbatem habuerit,  
atque ante adventum in Rhinangia Insulam Sabariam in  
habitaverit; sed et

4<sup>to</sup>. Ipsa vitæ descriptio Contra epocham 800. erit  
Cum Normannorum irruptionem primo loco adducit, in  
nullo enim hactenus historicorum, quem sciam, legi, Norma-  
nos ante a. 800. irruptionem in Hiberniam fecisse, potius  
omnium primam factam esse a. 810. et 812. Cum dein in  
Galliam traicerent, reperiri. verum, etiam si dederis 20 a. in  
ante sæculi IX. principium irruptionem Normannorum contigisse  
epocham in monachatus et ætatis v. i. ad an. 800. Cum historia  
vitæ minime combinari poterit; quæ dilucide habet, foream  
S. Fintani a Normannis ad necem Castriam fuisse abductam  
tum vice alia ipsum S. Fintanum a Normannis ad necem Con-  
quisitum, post osolum Latitantes, minime repperit, tandem  
quasi post longum intervallum vitæ scriptor peregrinationis

occasionem enumerare incipit. Nec hoc silendum q.  
in eadem provincia Lagirensum inter duos principes  
per grandis est orta seditio; ex his enim sic argu-  
mentor.

In prima Normannorum hostili irruptione so-  
ror Capta est, demus, sed nescimus, quod in eadem ir-  
ruptione. Finianus post ostium habitans ab ipsorum  
manibus etiam liberatus sit; sane vero sub eadem ir-  
ruptione inter duos principes grandem fuisse ortam  
seditionem vix mihi persuasibilis aliquis, quis enim credat  
Cives et principes provincia inter se diffidere eo tempore,  
quo hostes caeteri totam hanc provinciam igne ferroque  
devastant: quis tam periculoso situ in locis mari contiguis  
Convivia parare presumat; ergo non hostili abate, sed  
pace facta nata. Cum Normanni mercimoniij causa Hi-  
berniam frequentarunt, vel cum e gallicis oris domum  
reducis Hiberniam pertransissent, hinc non vidio ab ir-  
ruptione intervallo proditum ab inimicis suis. Finianum  
credamus. porro si huic intervallo aliquo tm annos  
demus, si biennium mora, qua in Orcadibus Insulis  
apud Epum permansit, si annos illos, quibus proprio  
pede s. Martini sedem, Franciam, Alemanniam, Longobar-  
diam, Roman, et iter redux peragravit insumpsit, si tempus  
quo in Sabaria degit, si quatuor tandem annos, quibus in  
Clericali statu apud nobilem virum in Alemannia substitit,  
Congulemus, maiorem fortassis quam 20. annorum nu-  
merum inibimus. Quod ergo, si ante annum 800.  
Normanos Hiberniam non attigisse asseramus, & qua-  
propter, sub absurdum evitemus, ego, ut opinor, salo-  
in meliori iudicio, rite statuo: N. Finianum circa  
annum 840. ab inimicis proditum, per 4. annos  
peregrinationem ad loca sancta peregrisse, tunc vero  
Roma redirem in Sabaria per annos duos Consecusse, atq.  
dein apud wolverum nobilem in Alemannia virum per  
4. annos Comoratum, tandem anno 855. monachum indisse.  
id quod aliae rationes amplius suadent, nempe  
370. Quod auctor vitae s. Finiani differre habeat,  
abbatis permixtu, sed cuius sanabo, abbatem ad initium  
saeculi IX. regnantis, wicram eundem qdm appellat  
seriptor Sabariensis, ad quo fundamento: nullo re vera,  
nisi fundamentum dicere velis opinionem propriam, neq.  
enim vestigium, quod ego sciam, in serijs Rhingensibus  
superius de abbate aliquo ante medium saec. IX. regnante:  
de Saargall. vero Necrologio saul ff. Conscriptorum Cata-  
logo postea differemus, ex quo nunc unicum illud praedictare  
libet, quod illud unum unicum abbatem wicramum habeat,  
duos vero wolveros. an vero licet illud duo nunc idem wicramos  
fringere, sicut duo illud wolveros habeat, et hac qdm seditione  
rem maxime dubiam, monachatus n. s. Finiani epocham  
magis magisque dubiam reddere, & sicque planam historiae

Rhin augien sis Seriem Ob 30. annorum spatium, quae antiquiori, sed obscuro, gauderet privilegio, in unum perplectere ambagibus, totamque eius invertere veritatem ego, saltem in Rhenaugiam summa veneranda tantum non nolum. Primum adificium super baria firmam et solidam ne quis obvius lapidem submovere possit. Si ponitur monachatum s. Finiani ad annum 853. Subsequenti anno habebimus primum abbatem Gosbertum, cuius temporibus et diplomatibus, Chartis, aliisque probationibus satis firmos. imo si abbatem wickram cum s. Finiani simul cogere velimus, obitum s. Finiani sub wickram acciderit verius dicemus, quam initium monachatus. in Seriem vita enim, s. Finiani per quinque annos monachatus erat, antequam in claustrum se detraheret. in claustrum vero permansit 22 annos, iam si ab anno 853. ascendimus per annos 5. Currit annus 857. si ab hoc numeramus 22. erit annus 879. quo forsitan iam electus erat wickramus, cum ab anno 877. usque 885. annus electionis wickrami incertus sit, ac annus obitus wolverii abbatis.

His argumentis non quidem authenticis veris, verum tamen similibus si addantur illa, quae s. Augustinus, Bernardus in suis reflexionibus supra litteram s. 2. adducit, traditioni antiquae, ut aiunt, praeponderabunt unde.

N. 8<sup>vus</sup>

N. Taliter decepti scribuntur Patres galii in sua gallia christiana, qui primum abbatem Rhenaugiae Adelbrastum scripserunt. vide. R. P. Beati Maos de iure advoc. libel. tract. p. 251.

Facilis est ad partem suam, etiam responsio, quod de Historicis de s. Finiano scribentibus sentiendum, unico enim verbo responsum absolvo: decepti sunt, neque enim Buclinius, neque s. Augustinus, neque s. P. Carolus fabaricus Cruxi indulgebant, sed bona fide, quae hinc inde ex junioris aevi scriptoribus decerperunt, cultiori stylo enarrabant, nihil simul non semel egregie hallucinati sunt, Contraque se ipsos senserunt; ita Buclinius s. Finianum cum wolverno per quem vicarium vixisse, s. Augustinus cum wulfelardo scribit, alius Principem Laginiae nominat, alius Cruxi, in eo s. Augustinus fidelissimus fuit, quod adderet, sub quo abbate, nempe in fabaria fuerit, nondum didici, licet ex sermone et Chronicis fabaricis ab eo dubio didicerit, verum ob alia motiva dubitaverit, atque interim vulgata de s. Finiano opinioni inhaeserit.

Digrediamur nunc ad aureum istud antiquitatis documentum, Necrologium Sax-gallerse, quodque de illo sentiendum, et quid inde sit eruendum pro Rhenaugiae historia pari fidelitate et veritatis amore quantum nobis, modesto ingenio nostro in otio dicamus. si erramus, corrigi amamus, si rem attingimus, illis gratias sine macerione, qui nobis veritatis facem protulerunt, sit igitur.

Observatio II.  
In. MSS. Sangallense.

N. J. mus

Copia MSS. Sangallensis, quam Av<sup>mus</sup> JB. abbas  
Alti-Augienfis Bernardus in charta oleo tincta ex  
autographo sac. gallensi affabre depicta mihi gra-  
tiosissime Communicavit, eius est pretij, qualis pro eruen-  
da historia Alti-Augienfi nulla res alia, nullum nomen:  
tunc antiquitatis estimari possit, modo illa sine pre-  
iudicio Concepto et absque animi sententia iam fixa  
Lustratur. Ego certe in hoc, licet pro domo mea non  
scribam, mihi metipso non fidebam, sed quid de ea alij  
sentiant, opinione mea occultata perscrutabar. Trans-  
misi illam ad Confratrem meum R. P. Stanislaum Wül-  
berz, quem sciebam in hoc antiquitatis genere virum  
versatissimum, simul atque in formardo de fuser iu-  
dicio sincerissimum, qui, postquam lustraverat illam,  
deprehendit, quod Copia Necrologij illius sit, Cuius  
autographum ille ante a nos iam plurimos in sac-  
gallensi Museo oculis suis mel usurpaverat: respondit  
Itaq; sermone vulgato, Cuius responsi verba hic ut  
ante foram opinioni meae, dignum atque iustum  
existimo:

N. 2. dus

» D. B. gultigz Necrologium ist nün a ffoim  
» piece ffoi sac. VIII. odno IX. vngfrangn, un  
» usque ad sac. XII. Continuat; In englisch nu vntz  
» nient in dem Closter S. Michaelis zu n. f. Hon  
» walegn Lustrum vntz / zu d. b. b. f. / nün Copia  
» habne. D. B. gultigz ist diversa manus et atramentum  
» so vntz d. n. Copia ffoim vntz zu n. d. n. vntz nün  
» Closter in die Confraternität gabonum, ffoi vntz  
» ifun nün nigunt Blatt pro supplectione gawidnt,  
» vntz ffoi d. n. vntz vntz praterito, vntz ffoi praterito  
» abbatibus vntz g. vntz, vntz ffoi d. n. ffoi  
» sequentes d. n. nün nigunt Conventualen, d. n. die  
» ffoi vntz vntz, vntz, vntz ffoi fragmentum  
» Necrologij sac. Blasiani ex Bibliotheca vntz obonenfi  
» Abou R. Gentilotti Communicat ffoim vntz b. ffoim  
» ffoi. ffoi vntz nün vntz Necrologium  
» Petershusanum, ffoi vntz g. ffoi: die vntz vntz  
» vntz vntz vntz ist vntz vntz vntz vntz in  
» d. n. Necrologio sac. gallensi g. vntz vntz vntz vntz  
» bates ffoi, ffoi vntz vntz 43. monachi vntz  
» vntz vntz vntz. d. n. vntz ist vntz. die  
» vntz ffoi vntz sac. IX. d. n. vntz saculo XII.  
» iam ad rem.

In sac. gallensi Necrologio est diversa manus  
et atramentum; primum equidem in ista Copia

Si bene inspicias, deprehendi saltem vero suspicari  
 potest, eo quod Diemar abbas ante saec. XII. in scriptis  
 fuerit: Diversa vero manus et atramentum diversos se-  
 res & diversamq; sibi succedentem scripturam denotat. C-  
 igitur in hoc MSS. Wuichram abba primus apparet  
 numerus, quod sub isto Wuichramo Confederatio in ita  
 inde posuerunt Wolvenum, antecessorem Wuichrami, &  
 in Wolveni praecessorem anwardum, gobertum.  
 Crediderim, omiserunt, eo quod ille ex alio Mario su-  
 asumptus; monachos autem eo ordine positos Cenobii  
 in Necrologijs, Calendarijs, fuerunt annotati, incipit  
 a Januario usq; ad Decembrem. an Wuichram vi-  
 an mortuus inseriptus fuerit non moror, sufficit enim  
 quod ille primo loco veniat, qui Confederationem  
 cepit.

Vel enim, quare, abbates in hoc MSS. positi sunt,  
 quos putant Althinangenses aliqui iam ante goberta  
 regnasse, vel non sunt; si non sunt, quo fundamento as-  
 sumuntur abbates tales adscititij; si vero sunt, quare  
Wuichram secundus et secundo non invenitur in hoc Calend.  
 sub cuius directione in Confederationem inchoatam et  
 plus quam Centum est, sentio, quid respondere velint:  
 quidem, licet omnes sit Wuichram, Wolvene in secundo  
 parte, signum infallibile, duos supra Wolvenos, ad verum  
 si dicerem eos falli, qui hoc infallibile putant: Wolvenus  
 secundo ponitur immediate ante Othonem Columna III. si aut  
 hic sit Wolvenus secundus, restaurator, ut vocant, Car. rog.  
 ante Wiprard, Sigehard, Adalprand non est positus, cum in  
 ille immediate, quod putant, successerit goberto, et praeces-  
 serit Wuichramo Confederationis institutori; imo Car. rog.  
Wolvenum Columna III. positum non adiungunt abbatibus  
 illis in interregno a 952. usq; 969. positus Sigehard, Otho  
Kualpold; nimirum idcirco, verbo sit venia, ut praesenti  
 ban opinionem forcent. Sed ex me quarent; quare hic  
Wolvene secundus sit positus; sciscitor rursum ego, quare Sig-  
ehard, Othard, Kualpold ponuntur, nimirum sub eo loco  
 illos numeremus, quo lacunas implere debent; alii que  
 abbates desiderantur. at neque ad hoc Confugio, verum  
 dico, temporis longissimi intervallo, quod Wuichramum  
 et Othonem intercepit, per errorem unum unicum Wolvenus  
 bis esse positum, cum enim Constel. sub Othone abb. supra  
 renovalam Confederationem, ab ipso sine dubio peribita  
 fuit designatio Confratrum, servulantes igitur Calenda-  
ria et Necrologia Wolveni nomen, ut sole sumi benefactoris  
 et restauratoris in recentioribus etiam invenere Codicibus,  
 quos illis ansam praebuit alium adhuc praeter praesentem  
 asigrandi Wolvenum; hinc primo loco posuere Wolvene,  
 secundo Othonem, e contra cum, ut arbitror, post gratide

illud interregnum wipertus tandem denominatus  
 est abbas, nomina abbatum a Sax-gallenibus ite-  
 rum posita eo ordine etiam posita fuere, ut prima,  
 nempe retrograd, ut primo wipert, seu wiperth,  
 dein sigi karol, licet iste prior wiperto fuerit, apig-  
 naretur: subsequuntur monachi, sicut etiam post  
 Ottonem. Ms. Conferatur reflexio S. Caroli Beller  
 Mon. Rhinang; Super hoc Mss. Sangallense.

His in iuris fundamentis nunquam sane di-  
 moveri poterit ab opinione mea: nisi etque antiqvo  
 autographo de Contrario edoceret: primus Rhin-  
 angia abbas fuisse post gozbertum saeculo nempe  
 medio IX. antward, wolvenc, et wickram, tametsi  
 nobis a quibusdam Contra hunc ordinem obijciatur  
 traditio Landgrith, quae sub abb. antward factam  
 esse certum est, et ut autumant, ad annum: 844.  
 his enim cum Clar.<sup>mo</sup> S. Geroldo Müller mon. Rhinang;  
 respondet: vel in Lyphra errare Copistam, quod in  
 Chartarijs vetustis Certis deprehendimus, vel  
 iuxta Clar.<sup>mo</sup> Mabillonij doctrinam factam quidem  
 prius donationem, scriptis vero Consecratam sub  
 Antward. Si enim gozbertum annis tantum aliquod  
 praecipit antward, Cur iste in Catalogo Sax-gall, omil-  
 titur? Cur idem iste in diplomate Ludoviciano Con-  
 firmatur, non Confirmatur? Cur in eodem diplom.  
 de abbatibus Mnrii, de quo Ludovicus ait, quod pater  
 et avus, nec non et ipse Construxerat, nulla mentio  
 nisi, quod rex per hoc inuere voluerit, Mnrium  
 quod pater et avus iam Construere incipiebant, sed  
 per discordia domestica, subit pene frigidum venie-  
 bat, tandem per ipsum hunc wolvencum plene Const-  
 ructum et absolutum fuerit: atq; si Antward circa  
 annum 840. iam pedem tenuit, quo tempore dicitur  
 bella illa intestina, an sub eodem Antward, an sub  
 wickramo vel wolvenc I.<sup>o</sup> quos fingunt, accidere, et  
 quibus Mnrium destruebatur. Si sub uno ex 3. his  
 abbatibus a primordio saec. IX. usq; ad medium reg-  
 nantibus existerent, minor, quomodo abbas, et  
 monachi subsistere potuerint? maxime, cum restau-  
 ratio tempore eodem necdum sit facta. Si ante  
 saec. IX. Mnrium frigidum venit, quare, ubi  
 restaurator, an fortassis is ipse est, qui medio  
 saec. IX. adhuc et supra vixit? Itaque ne 50. ano-  
 rum solummodo majori antiquitate tam incerta,  
 tam obfusata, tam multis anfractibus implicata

frustra gaudeamus, satius, securius, atq; iucundius  
erit eam inire viam: que terra solida, Certoque duo  
diplomatis nempe, Charlaris 77. ambulare possumus  
quam ob rem, si mihi Concessum sit, meo Systemate a  
Concinandam, Complandamq; historiam Rhinangij  
utur, alijs tamen aliorum sententijs omnino salvis  
preestinatib.

## Systema Historiae Nrii Rhinangij.

Sac. IX. ad initium Wolfehardus wolveni  
lauratoris avus, prima Nrii fundamenta ponit

Anno 818. Wolvinus wolfehardi filius Ecclē  
siam antiquitate Collapsam, aut ruina proximam  
renovat, secundamque manum edificio Nrii appli-  
cat.

Anno 830. incirca intestina bella parentis  
inter wolveni restauratoris, atque devastatio Mo-  
nasterij.

Anno Circa 840. Captus per insidias in Hi-  
bernia S. Findanus, qui miraculo Liber factus per  
Orcares Insulas in Franciam, Alemāniam, Italian  
 tandemq; Roman iter instituit.

Anno fere 844. wolvenus junior, sive Restau-  
rator destructum Nrium in staurare curat.

Circa idem tempus S. Findanus Roma deveniens  
in Sabaria Comoratur.

Anno 846. eiusdem S. Findani ad wolvenum  
restauratorem accepit, Cum quo per quadrienium  
vixit.

Anno 851. S. Findani monachatus in Rhe-  
nangia Nrio recens a wolveno in staurato.

Anno 852. Gosberti abbatis a monachis  
ibidem per unum, alterumve annum Congregatio  
electio, et per Ludovicum germanicum Constitutio.

Anno 856. Reliquia S. Blasij Roma in  
Rhenangiam deportata.

Anno 857. S. Findani in Clausuram se-  
cepit.

Eodem anno Antwanti abbatis electio

Anno 858. alba Cella traditio per Sigemarum  
et in eandem Partis reliquiarum S. Blasij Translatio.  
Item wolveni iam monachi traditio.

Anno 867. wolven in abbatem electio.

Anno 878. wickram abbas eligitur.

Anno 888. Goybertus II. abbas.

Anno 912. Rupertus abbas.

Interregnum propter omnimodam Muri destruc-  
tionem per Hunnos illatam, qua mala fors etiam  
eodem tempore Muri San-Blasiano contigit.  
ante hanc fors adhuc Rhenaugia praeerat Sigehard,  
Othard, et Ruatpold, abbates. aut inter wipertum  
et Adelbrastum intercepit Sigehard.

Anno 969. wipertus per S. Conradum Epum  
Constant. abbas constituitur.

Abhinc Rhenaugienfis historia series nullo,  
quod mihi notum sit, offendiculo laborat.

Atque haec sunt universim, qua ego tenui  
iudicio meo de primordijs Celeberrim Monasterij  
Rhenaugienfis ingenue sentio; quaeque veritatis, ut  
puto, agnita amore sincerissime exposui. Verum  
et id ingenue, candidissimeque fateor, non mei  
Cerebri haec esse inventa, neque labor meus, praeter  
quod ille Calami fil, sed vix non omnia submisit:  
ravere mihi argumenta quam benignissime, ipsius  
mei Muri Rhenaugienfis optimi Incolae, quos  
inter primas tenet modernus Aev<sup>us</sup> abbas Bernardus,  
qui summa gratia ea mecum communicavit singula, quae  
ad hanc rem facere potuerunt; alter est Clar<sup>us</sup>  
P. Geroldus Müller, qui enucleata Cypsis vir suis  
exquisitissimis notis ad Chartas domesticas non  
exiguum mihi lumen accendit. His, si quid  
modica Cura mea praestiti, solum est in acceptis  
referendum; quibus et ipsis, eorumque emendationi  
iudicio singula libens, libensque subijcio.

Carthum

U. J. O. gl. S.

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, possibly Latin or German. The text is arranged in several paragraphs with some visible ink blots and bleed-through from the reverse side.]*

*[Handwritten text on the adjacent page, partially visible. It includes a list of names and titles:]*

- Mil...*
- Rhen...*
- Faculum I. L.*
- 16 Ann...*
- usque a*
- M...*
- Adjiciunt*
- Sigilla Ant...*
- Arch...*
- Opera*
- P. Mauri*
- van der Me*
- An...*